

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

3. De spolijs Clericorum quæ sunt bona ex fructibus beneficiorum post  
obitum relictis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

*Per quos sunt Clericos.* Sei animaduertendum multa in iure Canonico, Clericis Beneficiariis, vel in sacris ordinibus constitutis esse interdicta, à quibus Clerici minores non prohibentur: veluti Aduocati munere, & officio fungi coram iudicibus secularibus interdictum est Clericis lacros ordines, vel beneficium habentibus; Clericis vero minoribus non item: & ideo multa ab illis acquisita inter spolia habentur: quæ tamen si ab his fuerint compara-ta, spolia non erunt, quia contra factos Canones non sunt acquisita. Ego vero appellatione Clericorum intel-ligendos arbitror, non solum Sacerdotes, Diaconos & Subdiaconos, sed etiam Clericos minores, non quidem omni ex parte, sed ex aliqua: nam ceteris Clericis minoribus initios ordinibus per Ecclesiæ Canones non est ne-gociatione interdictum, nisi dum Beneficiarij, aut Pen-nionarij sunt: ac proinde minores Clerici beneficia, aut pensiones Ecclesiasticas habentes, comprehenduntur Clericorum vocabulo.

Decimo queritur, Quot genera Clericorum per Pon-tificiam declarationem à prefata Constitutione sint ex-cepta? Hæc tria genera excipiuntur: Cardinalem scilicet: Habituum in Urbe, vel Curiam Romanam sequan-tium, ac in ea morientium, & eorum, qui priuilegium speciale, vel generale testandi ratione suorum, vel alias quomodo cunq; habent, tametsi extra Curiam decede-rent. Sic enim habet declaratio Pont. Pij V. Litteras no-sras, inquit, prædictas ad S. R. E. Cardinales, etiam in ubi-nis locorum decedentes, ac eorum bona vbiique existen-tia, nullo pacto, ac Vrbem & Curiam præfatas, nec non Prælatos, Officiales, & alios seculares, cuiusvis ordinis Regulares Clericos, ceterosque tam in Urbe, & Curia præfatis, pro tempore existentes, & in ea, seu eius distri-ctu decedentes, quam alias, alibi, vbiuis locorum, etiam ultra montes, & maria existentes, testandi tamen, codicil-landi, & alias de bonis suis quibuscumque, quomodo libet disponendi facultatem, seu etiam quod eis ab intestato decedentibus, eorum bona ad ipsorum proximiores, & qui nisi beneficiari essent succedere deberent, deuolu-an-tur, & debeat ab Apostolica sede, vel officiorum suorum ratione priuilegiorum, aut ex alio quo vis titulo pro tem-pore habentes, cuiuscum que status, gradus, ordinis, con-ditionis, & præminentie personis, minime se extendere, neque illos, aut eorum aliquem comprehendere. Sic verba declarationis habent, & ante Pium I. V. Sixtus I. V. Alexander VI. Leo X. eisdem Clericos exceperant testi-Redoano q. 1. de spol. nu. 48. Excipiunt itaque Cardinales, & Vrbis incolæ, & qui Curiam Romanam sequuntur, nisi aliud Curia stylus, & usus habuerit, ut habere solet, quod attinet ad Clericos, Vrbis incolas, vel Curiam Rom. lectantes. Teste quoque Redoano, exempli sua milites sacre militiae ordinis Hierosolym. hotum enim militum morientium bona siue ex beneficijs sunt, & administra-tionibus commendatis acquisita, siue ex negotiacione illicita ab eis parta, & comparata, ad ipsius militis ordinem pertinent: ac proinde in eiusmodi bonis ipsa Reli-gio succedit statutis Religionis summi Pontificis au-to-ritate confirmatis; in quibus caput, quod incipit, *Cum bona, sic habet: Cum bona, & facultates, que Ordo nostre po-fides, prius hominum liberalitate collata sunt ad sufficiendas hostilitatis impensis, & propulsandos Christiani nemini bo-siles: certum est, fratres nostros proprii in eis, aut priuati iuriu-nihi habere, sed eorum verum dominium, ac proprietatem, & possessionem ad solum ipsum Ordinem nostrum spectare. Ve-ram caput in communione recte administrariorum possent propter lo-corum distantiam, & dissidentiam nationum: Maiores nostri in viriis fratribus per partes regenda commendarunt.* Unde nomen Commendatariorum sumpererunt, imposito annuis pensioni-bus, quæ augerentur. & minuerentur prout, & rei & temporis, hoc est, necessitatibus conuenire vixit est. Etiam in minimum quinta, sive quarta fructuum pars penditur, & in commune & ararium inferri iubetur: nonnunquam etiam dimidia, vel omnes etiam fructus, sicut à Capitulo Generali fuerit statutum:

penes quod unum imponendarum, & assignandarum perfis-num, & collationum huiusmodi, quæ Responsonis, & imposi-tiones vocantur, ius est. Id autem quod à quoquam sit pen-denatum, & solendum, decernit, & publice declarat, dicitur, & declaratio suam Prioribus, Castellano Emulo, & Ca-pitulis provincialibus, per litteras suas significat, mandat, & vi-pensiones a se impositas exigit, per plures ab administratoribus pro-curent, si que fratrum nostrorum estu mandatis, ac scriptis non paruerint, habitu priueniuntur. Et in ea consuetudo, decernitur sic: Consuetudo laudabilis, & inueterata in nostro Ordine in-oleuit, ut per obitum Priorum, Castellani, Empyla, Balliu-rum, Commendatariorum, & aliorum administratorum bono-rum nostri Ordini commune nostrum ararium percipiat iure mortuarij & vacantis: id est, pro mortuarij fructus Prioratus, Balliuatus, & Commercio, & Administratione, à die obitus Prioris, Balliuī, aut Commendatarij usque ad dictum festum Nativitatis S. Ioannis Baptista proxime sequentem: & pro va-cante, ab eo die usque ad alium festum S. Ioan. Baptista proxime futurum peracto anno, preter, & ultratra spoliorum que ad idem commune ararium spectant. Quam consuetudinem hac lege, & statuto confirmamus, & pro lege haberi volunes, & ob-servari mandamus. Rursus in c. Omnia bona, sic statutum est: Omnia bona mobilia, ac semouientia quorumcumque fratrum nostrorum tam in Conventu, quam extra decedentium, cuiuscumque conditionis & qualitatis fuerint, que spolia vocamus, ad commune nostrum ararium pleno iure pertinent, exceptis fratribus Capellani obedientiis, & seruientib; Officij, quorum spolia pertinent ad illos, in quorum Prioratib; aut commandu-re-sidentiam, & statuim habuerint. Hæc ibi.

Vnde decimo queritur, An cum dubitatur, sint necne ex illicita negotiacione acquisita bona, que Beneficiarius post obitum relinquit, credi potius debet ea esse licite comparata? Respondeo, potius esse credendum fusile hie-lerate acquisita nam negotiatio est Clericis interdicta: ergo nisi si constituerit, non est credendum Clericum deliq-ue, & contra factos Canones negotiatum fusile. Vnde Pâ-norm. in c. 1. de peculio Cleric. Prælatus, inquit, non vide-tur ex negotiacione acquisita: neque enim credendum est, eum in negotiacio delictum admissem: nam enim, ni-si cum manifeste constat, creditur esse malus. Sic etiam Roma. in conf. 159. quem & sequitur Redoanus de spol. Eccl. q. 15. num. 30.

Duodecimo queritur, An ad fiscum A post. pertineat, cum intendit item de spoliis Clericis probare, haec aut il-la bona, que Beneficiarius post obitum relinquit, ex illici-ita negotiacione fusile acquisita, An vero potius ad hæ-redem Clerici? Respondeo Redoanus de spol. Eccl. q. 15. nu-m. 30. cui & ipse assentior, ad Fiscum id Apostolicum per-tinere: quippe negotiatio, res est facti, non juris. at facta non præsumuntur, nisi constet contra communem senti-tentiam, & scientiam jij de verbis obliga. nec est credendum, Clericum, negotiando deliquisse.

### CAP. III.

*De spoliis Clericorum, que sunt bona ex be-neficiis fructibus post obi-tum relictis.*

Secundum genus spoliorum Ecclesiasticorum con-sistit in bonis, quæ ex beneficijs acquiruuntur, ac post obi-tum Clerici relinquentur.

Primo queritur, An spolia censeantur, quæcumq; Be-neficiarij ad se sustentandum ex beneficijs poterant im-pendere, sed non impenderunt, quia aliunde commodum vita subsidium habuerunt? Ratio huic quæstio. est, quia Clerici Beneficiarij plerisque Regib; Principibus, aut viris alijs primarijs interiunt, à quibus debita stipendia accipiunt, unde, ut per se, bona se sustentantur: quare ex beneficiorū fructib; nihil in vicuum, vel vestitū impen-dunt. Sunt duæ opiniones: una est affirmatiū, quæ placet Re-

doano de spol. Eccles. q. 9. n. 8. & sequentib. altera negantur est, uti Couarruius in c. Cum in officio, de testam. ver. sic. Tertio ex eadem, quae & mihi probabilior videtur ea ratione è natura ducta, quod Beneficiario tanquam laboranti stipendium, & merces debetur: ergo etiam si aliunde commode sustentetur, nihilo tamen minus non amittit ille sui laboris, & operè debitum stipendium: codem prorius modo, quo licet ex sui quod habet patrimonio bonis alatur, tuta potest conscientia ex beneficij fructibus id sumere, quod ex patrimonio ad suū viatum, & vestitum impedit. Sed opponet nobis Redoanus, Beneficiarios tantum esse vaurios, ut ait Glossa in c. vlt. de peculio Clerico. & in c. Cum elim, dererum permis. & in c. vlt. de pignor. sum ca. Quia nos, de testam. Demus id Glosam sensile, at non negabit pro facto Redoanus, ex beneficij fructibus posse Beneficiarium aliquid, liet aliunde se alente, ac tuente, ut debitam laboris sui mercedem, optimo iure percipere Redoanus, Ecclesia Clerico non debet beneficij fructus nisi tanquam vita alimenta, sed hac debent solum indigenti, qualis proculdubio Clericus non est, cui aliunde iuppetit ad vitam commode tuendam. Verum quidem id est, sed quod iam supra diximus, Beneficiario, fructuum debetur pars non solum tanquam vita necessaria, sed etiam tanquam laboris merces, & stipendium, ac proinde debetur etiam eidem quamvis patrimonium idoneum habenti ad sua vita sustentationem: *Dignus enim est operarius mercede sua, & cibo: vti Dominus dixit, & Apolostolus: Quis militat, inquit, suis stipendiis vnguan? Nec bona trituruanti os alligatur: quare sicut haec bona sibi Beneficiarius facit sua, & iure communii ad hæredes transmittebat, non ad Ecclesiam, vel successorem: sic etiam nunc ad hæredes transmittit.*

Secundo queritur, An inter spolia censeri debeant quacumque Beneficiarius parcus viuendo sibi subtrahit & reseruat ex beneficij fructibus? Redoan. loco citat. affirmat, negat Nauar. in tract. de spoliis Clericorum, & meo quidem iudicio probabilius, ac verius: quoniam prior ille in ea fuit opinione, quae fructus beneficij solum Clerico vult debeti, tanquam alimenta vita necessaria, cum tamen debeantur tanquam laboris stipendium, & merces. Operarius vero non ideo, quia velis parcus viuere, amittit aliquid ex debito sibi stipendio: ergo Beneficiarius, nihilominus acquirit sibi totam fructum partem, suæ vita necessariam tanquam debitam mercedem: iure igitur, suo arbitratu id quod sibi subtrahit, in quo usus vlt. impedit, nec tanquam spolium, ad Fiscum pertinet Apostolicum. Quemadmodum igitur Beneficiarius huiusmodi bona potest cui voluerit donare, sic in morte potest testamento legare, ut ex.

Tertio queritur, An Apostolicus Fiscus soluere debeat a sacerdoti, quod contraxit clericus, cuius mortui spolia acquisuit? Respondeo, hunc modum: Cum Camera Apostolica in Ecclesia, vel successoris locum subrogata sit, cogitur ea debita soluere, quæ aliqui Ecclesia, vel successor soluere debebat: cetera vero debita non item: at successor ad soluendum omnia Beneficiarij debita minime compellitur. Aut. u. Beneficiarius, testib. Ioan. Andr. & Panormitan. c. 1. de solutionibus & Anton. & Imola in cap. peruenit de fideiis, & alienum contraxit nomine suo, & suæ utilitatis causa, aut suæ Ecclesie gratia, & nomine. Si primum, successor non debet id alienum & soluere: si secundum, debet, quia sunt potius Ecclesie debita, quam Clerici. Ita fit, ut si Beneficiarius & alienum contraxit sua causa valerundinis tuenda, & conseruanda, id soluendum à successore sit, eo iure quo Ecclesia ministrum suum alit, & sustentat. Si vero Clericus ad res suas, vtpote, vineam, vel agrum colendum, vel domum meliore reddendam, & fecerit alienum, nullo iure compellitur. Eodem iure tenetur Fiscus Apostolicus, quo successor, aut Ecclesia olim iure communii tenebatur, quoniam in eius locum subrogatus est.

Quarto queritur, An quando dubitatur bona, quæ ex-

tant, post obitum beneficiarij, suntne acquisita ex fructib. beneficij. An ex patrimonio, industria, vel arte, in spolijs sint habenda? Redoanus de spoliis Ecclesiast. q. 3. 5. Quid dicendum, n. 1. & seq. ea bona vult in spolijs Ecclesie computari: ob eam rationem, quod vbi nos dubij sumus, credere potius debemus ad Ecclesiam pertinere, quia Iura, & Canones sanxerunt, ut res Clerici manifeste sint separatae ab reb. & bonis Ecclesie, ac proinde, nisi clare constet sint ne res Clerici, an Ecclesie, melius, & potius est ius Ecclesie, quam Clerici: ac proinde pro iure Ecclesie iudicare debemus.

Quinto queritur, An empta per Clericum nomine suo: non Ecclesie ex fructibus beneficij, vel ex bonis ecclie, pertinante ad spoliiorum bona? Hæc quæstio pender ex illa questione: An quæ emit Beneficiarius ex fructib. sui beneficij, vel ex bonis sua Ecclie, nomine suo non ipsius Ecclie, debeantur ecclie, iure communii? Nam si Ecclie debentur, ita ut facta sint ipsius, ea Beneficiarius non facit sua. Si vero Ecclie, minime debentur, ea sibi Clericus acquirit: & proinde Beneficiarius statuere doillius suo arbitratu potest, & sic post obitum ipsius, ad hæredem ab intestato transibunt. Quidam opinantur promiscue, haec bona nec statim ipso iure in Ecclesiarum dominium transfire, nec etiam ad Fiscum Apostolicum pertinere, sed posse per Beneficiarios, dum ipsi viuunt alienari, id ex Pontificijs Constitutionibus Iulij III. Pauli III. & IV. de spoliis, probare cōtendunt: in quibus Constitutionibus habetur, immobilia bona, quæ emunt Beneficiarij suo, non ipsius Ecclie nomine ex redditibus beneficiorum, non fieri ipso iure Ecclesiarum quoque in ius Ecclie transfire, prædicti Pontifices non distinguenter haec bona ab iis, quæ Beneficiarij viuentis ecclie donant, cum aiunt bona, ex redditibus beneficiorum empta, si fuerint Ecclie donata, nequaquam esse in spoliis numeranda, ergo significant Pontifices, quam diu Ecclie donata non sunt, ad eam minime pertinere, ita ut alienari per Beneficiarium queant. Sed hoc nihil ad nos in quæstione proposita: nam licet Beneficiarius dum viuit, ea possit bona in quos voluerit vlt. impedit, vt quæ nondum in Ecclie dominium transferint: tamen si post eius obitum ita relinquentur, ut nihil de ipsius Beneficiarius statuerit, dubia quæstionis est, An in ipsius iure communii Ecclie succedat, an potius hæres ab intellectu. Nam si iure communii ad Ecclesiam pertinent: ad Fiscum quoque Apostolicum ea spectare necesse est. Quidquid isti dicant, distinguendum omnino est: aut enim loquimur de ijs, quæ emit Clericus ex fructib. sui beneficij & haec sibi acquirit, si suo nomine, non ecclie emit: aut loquimur de ijs, quæ emit Beneficiarius ex bonis ecclie, quamvis suo non ecclie nomine emerit, & haec Beneficiarius sibi non acquirit: quia huiusmodi bona empta, sunt ipsius Ecclie.

Quæstio quidem est apud Iuris Canonici peritos: An huiusmodi bona à die quo empta sunt, in dominium ecclie? Interest enim multum, es nostra fiat, an tantum nobis debeatur: nam illud actionem in rem ipsam parit, ac gignit, hoc vero actionem in personam nobis obligatam. Sunt duæ hæc de re sententiae, æc: à nobis fusi sibi loco tractata. Vna docet, ea bona à Clerico empta, statim in Ecclesie ius, & dominium transfire: quæ fuit Glossa opinio, & Hostiensis, Ioan. Andreæ, Cardinalis, Barbatii, Romanii, Corfeti, & aliorum: quos refert Couarruius de testament. c. 1. nro. 5. Altera est sententia: à die quo empta sunt, deberi quidem haec bona ecclie, sed non statim in eius dominium transferri: à die vero, quo Beneficiarius è viuis excessit, in Ecclesie ius, & potestatem transfire, ita ut tunc Ecclesia vendicare, tanquam sua, & sibi capere possit. Nam licet empta ex aliena pecunia fiat emptoris, non domini pecunia aliquando tamen ipsius fit cuius est pecunia, videlicet in sex casibus, quos enumerat Hostiensis in cap. inqürendum, de pecul. Cler. ut res empta ex pecunia pupilli, vel minoris, fit ipsius pupilli, vel minoris.

Idem

Mat. 10.  
Lut. 10.  
1. Cor.  
9.

Idem iuris est in re empta a matito, ex pecunia sibi data ab uxore, & in re empta a liberio vel seruo, ex pecunia patrōni, vel domini, & in re empta ex pecunia funebri. Sic etia n̄ res empta ex bonis Ecclesiæ, fit ipsius Ecclesiæ. Et quid quid sit de questione, An statim, vt empta est, in Ecclesiæ dominium transeat, Auero potius, cum Beneficiarius decedit, nihil attinet ad præsentem questionem de spoliis quoniam bona empta, ex rebus, vel pecunijs Ecclesiæ, inter spolia Clericorum non habentur, quoniam, vel statim, vt empta sunt ipsius Ecclesiæ, vel saltem debentur illi, unde sive à die quo empta sunt, tunc à die quo Beneficiarij moriuntur, ad Ecclesiæ pertinent. Si loquuntur de ijs, quæ emittit Clericus ex fructibus sui beneficii, ea sunt eiudem conditionis vnius, sicut fructus ipsi. Nam quemadmodum de beneficio fructibus potest Beneficiarius dum viuit suo arbitrio statuere: ita tamen, vt quod libi superest, in pios vlos impendat: & nihilominus fructus potest eius obitum remanentes, Ecclesiæ, vel successori, communij iure debentur, pari quoqueratione bona quæ emittit Clericus ex fructibus suorum beneficio: ut, possint beneficiarij, dum viuant, & valent in quos volunt, vlos insumere: at post obitum relicta, cum nihil de illis in vita statuerint, ipse tamen iure communij ad Ecclesiæ, vel successorem. Quare sequitur, vt sicut Fucus Pontificis loco Ecclesia, vel successoris libi sumit fructus beneficiorum Clericis vita functionis relictos, ita quoque succedit in bonis per Beneficiarium ex redditibus beneficij emptis, & post obitum remanentibus: vtraque enim inter ipsa computantur. Neque vero illæ Pontificum allatae Constitutiones negant in vnuersum bona empta per Beneficiarios ex fructibus beneficiorum inter spolia censeti: sed ea columnmodo quæ Beneficiarij viuentes, Ecclesiæ tradiderint, sive donauerint, quia ante obitum ad Ecclesiæ ius, & dominium deuenerunt: quamvis Pius V. quadam ex illis etiam Ecclesijs nondum donata, & tradita ab spoliis excluderit, vt quæst. proxime sequenti dicitur.

Sexto queritur, Quæ bona ex fructibus beneficiorum empta ab Beneficiarij, minime in spoliis computentur: Respondeo, Pium V. edidisse Constitutionem anno 1567. in qua sic decrevit: Cum itaque sicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Episcopi, & Abbes, seu Commendatarij, & beneficia Ecclesiastica obtinentes, proprij honoris, & salutis immores, etiam praetextu facultatum, testandi eis per sedem Apostolicam concessarum, in eorum ultimi voluntatis res sacras, ac vase, ornamenta, ac paramenta, Ecclesiastica aliaque cultui Divino dicata, quandoque ex fructibus Ecclesiastica per eos acquisita, non Ecclesiæ, & Monasterij ac beneficis quibus presuerunt, seu à quibus prouentus Ecclesiasticos, & stipendijs accepunt, pro ratione, & honestate contentaneum forsan: sed alii lois etiam non proprie, ac interdum eorum consanguineis & affinis reliquerunt, ac Camera Apostolica Collectorum, praetextu quod illa sub appellatione spoliorum veniunt, tanquam eidem Cameræ spolia exigere, & percipere non erubunt, in maximum religionis deactis, ac Ecclesiasticorum beneficiorum & beneficiariorum eorumdem detrimentum, ac relinquendum animarum periculum, scandalumque plurimorum: Nos abusus scandaliisque huiusmodi prouidere, ac singularium Ecclesiæ, Monasteriorum, & beneficiorum indemnitati, animarumque querilibet saluti conculere volentes. Motu proprio & ex certa scientia, at de Apostolica potestate plenitudine, hac nostra perpetuo uitatu Constituzione statuimus & ordinamus, quod de easter omnis & singula ornameta & paramenta, ac vase, necnon Missali & Gradualia, ac cantus firmi, & Musici, aliquæ quomodolibet nuncupatis libri, & alia res sacra, etiam auri & argenti, ac quæcumq; alia bona per quocumque Patriarchæ, Archiepiscopos, Episcopos, Abbes, seu Commendatarioj, & alios quoscumque, quæcumq; & qualiacumque beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia, & quorūmuis Ordinum Regularia in titulum, vel Commendam, aut alias quomodolibet obtinenter, quocumque nomine, vel titulo censeantur, etiam ex illis

& corum qualiacumque speciali, & expressa mentis habentia forsan, ad usum & culum vnum, etiam in coram præsumptib; & Cappellis vel Oratorijs destinata, tempore coram obitu ex testamento, vel ab intestato relicta, jux quibus la facultatibus testandi, & alias disponendi de bonis per eos ex aliar, vel alias quomodolibet acquisiti, per quicunque Romanos Pontificis prædecessores & successores nostros, ac nos sub quibus tenoribus & formis, & cum quibusclusis clausis, & decretis, etiam motu proprio, & alias quomodolibet concessis, & concedendis minime comprehendantur, nec sub appellatione spoliorum veniant, sed ad singulas Ecclesiæ, Monasteria, etiam Convenientia carentia, & beneficia huiusmodi, in quibus residunt, aut quibus præsuerint, sive qui obtinuerint, omnino specent & perirent, ac spectare & pertinere, illaque post eorum obitum essem Ecclesiæ, Monasterij & beneficis, etiam in Rom. Curia & procul ab illis decederint, vel ad illa non quam accesserint, etiam si ante Ecclesiæ, & Monasterij regimini esserint, vel beneficia huiusmodi renunciaverint, eo ipso applicata & incorporata sint, & esse censeantur. Ita ut in eis illi defuncti, in eisdem Ecclesiæ, Monasteriis & beneficis, etiam in Rom. Curia & procul ab illis decederint, vel ad illa non quam accesserint, etiam si ante Ecclesiæ, & Monasterij regimini esserint, vel beneficia huiusmodi renunciaverint, eo ipso applicata & incorporata sint, & esse censeantur. Ita ut in eis illi defuncti, in eisdem Ecclesiæ, Monasteriis & beneficis successoribus, Ecclesiastis, & Monasteriorum eisdem Capitulis, Conventibus respectu illa propria anterioritate libere apprehendere, ac eorum Ecclesiæ & Sacrificij applicare & incorporate. At quæcumque donationes, & reliqua, vel legata, testamenta, & codicilli, & alia ultima voluntates, seu spolia desuper contra præsentem Constitutionem nostram quomodolibet pro tempore facta quo ad premis, nulla, & invalida, nulliusque roboris & momenti existant, seu locis etiam posse, aut Ecclesiastis quæcumque in quarum, seu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minime sufficiantur: nec per ea eisdem personis seu locis, vel aliis Ecclesiæ huiusmodi aliquodius in rebus predictis, vel ad alias acquiri possit. Quinto res sacras, ac alia bona predicta, quæcumque nomine, vel titulo pro tempore deinent, sive illius Ecclesiæ & Monasterij ac beneficis per defundos quomodolibet acquisitis, & præfertis, tamen præsentem iurum realiter, & cum effectu restituendum, & consignandum quibusvis dispositionibus de illis in contrarium quomodolibet factis, minime attendit, omnino teneantur. & ad id per censuras & penas, etiam sursus & sacrilegij, ac alias, iuris & facti, remedii oportuni, cogi, & compelli possint & debeantur. Et insuper ne deinceps contingat insolentia posterorum Camera Apostolica Collectorum, vel Subcollectorum aliquarum Ecclesiæ vel hominum quenquam damno, vel iniuria offici, nec cuiquam de cetero veretur in dubium, que res habenda sint nomine spoli. Simili modo statutum, & declaramus, quod quæcumque scanno, cathedra, area, & etiam lignea, vel lapid. & etiam marmora mensa, & tabule, ac quæcumque dolia, vase, vinaria, & alia similia suppellectilia domesticæ per quæcumque Presbyteros, sive Clericos ab humanis pro tempore occidentes temporis eorum obitum in Ecclesiæ, sive eorum avibus Ecclesiæ, & eorum mandibulis, vel aliis vbius locorum rebella, etiam ex fructibus & prouentibus beneficiorum, quæ dum viuerent, obtinebant, acquisita fuerant, sub spoliorum appellatione minime veniant, nec pre spoliis illo modo reputari possint. Praeterea quod nullum spoliolum Cameræ præfatae fieri, nec quidquam à quibusvis spoliorum Camera huiusmodi Collectoribus vel Subcollectoribus exigi possit per obitum illius, qui dum viueret, vnuus, vnuus, vel plus a beneficiis Ecclesiastica obtinuerat: etiam, vel quorum simili fructus, redditus & prouentus triginta ducatorum anni de Camera secundum communem estimationem, valorem annuum non excesserunt, aut qui pensiones annuas super quibusvis fructibus Ecclesiastica usque ad dictum valorem annuum perceperit: dummodo tamen is se ab omni negotiacione illicita, & à sacris Canonib; prohibita abstinerit. Ita quod si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorūmuis defunctorum, qui simili beneficia obtinuerint, seu serviles pensiones perceperint, prætextu spoliorum eiusdem Cameræ percipere, aut contra præsentes nostras litteras ostentare presumptuerit, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitucionem teneatur, & ad id iuris, & etiam per similes censuras & penas cogi & compelli possit, & debeat. Discretum in habitantes

inhibentes quibuscum Camera p̄f. & spoliorum Collectorib. nunc & pro tempore ex sacerdotibus, ne sub indignationis nostrae & priuationis eorum officiorum fœna in ornamento & paramentis ea vasis & libris prefato cultui dicatis, ac alijs reb. sacris, nec non superelectilib. prefatis quomodolibet se intromittant: nec in eorum lauerarij tanquam spolia redigant seu describant: Sed ornamenta, & paramenta, nec non vasa, libros, atq. Diuino cultu dicata huiusmodi Ecel. siis, Monasterij, Capellis, & alijs beneficij huiusmodi eorumq. Reclorib. & alijs prefatis libere dimittant & consignent, ac consignari faciant cum effectu ac spolieti predictis in locis ubi eorum stiterint, relinquant. Hactenus Conflit. io.

Septimo queritur circa praedictam Pij Quinti Constitutionem, An in spolijs censeantur praedictæ res sacrae, & Diuino cultu dicata, quas beneficiarius emerit ex sui patrimonij pecunijs, vlex bonis arte, doctrina & industria sua com patatis? Ratio dubitandi est ex una quidem parte, quia videntur ad hæc edem beneficiary ab intestato succedente pertinere, propterea quod sint res emptæ ex proprijs beneficiary bonis in quib. heres succedit: ex altera vero parte videntur ad ecclesiam, cuius empator est beneficiary, spectare: quia in ea Constitutione id videatur esse sanctum. Respondeat Nauarrus de spoliis Cleric. §. 7. numer. 2. & 3. hæc bona iure quidem antiquo ad hæredem beneficiary pertinere, ob rationem superioris assignatam: sed iure novo per praedictam Constitutionem imperante ad Ecclesiam, in qua est empator Beneficiary: Nam Pontifex generatim loquitur: Omnia, inquiens, & singula ornamenta, paramenta, vasa, nec non Missalia, & Gradualia, & Cantus firmos, & musicos, aliosque quomodolibet nuncupatos libros, & alias res sacras etiam aurii, & argenti, ac quæcumque alia bona per quoscumque Beneficiarios sue Regulares, sue Sacerdotes, sue titulares, siue commandatarios, siue simplices, siue curam habentes, siue Praefiles, siue Archipraefiles, ad vsum & cultum diuinum etiam in praefatis eorum ædibus, vel Capellis, vel Oratoriis destinata, tempore eorum obitus extestamento, vel ab intestato relictæ, sub quibusvis facultatibus testandi, & alias disponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquisitis per quoscumque Rom. Pontifices praedecessores eius, & successores: ac ipsum super quibusvis tenoribus & formis, & cum quibusvis clavis, & decretis, etiam motu proprio & alias quomodolibet concessis & concedendis, minime spoliorum nomine venire, nec ad hæredes beneficiary testamento, vel ab intestato transmitti: sed illi Ecclesie, Monasterio, vel Capella deberi, in qua qui emerat, beneficium obtinuerat.

Ipse enim Pontifex huiusmodi Ecclesijs vel Monasterijs ea bona addicit. Quare obitu beneficiary, in ipsarum Ecclesiarum vel Monasteriorum ius & dominum transeunt: & ideo Pontifex tribus verbis virut, quorum duo illa statuimus & discernimus, ius nouum significant, ut Glossa annotavit e. Ut litigantes, de officio Ordin. in 6. & Clem. Per litteras, de Præben. Ius autem nouum est, vt hac bona ex patrimonio, vel quasi patrimonio, per beneficiary empta, ipsius Ecclesijs, vel Monasterio debeat. Tertium est verbum. Declaramus, quod significat ius antiquum, vt ait Glossa recepta ab omnibus in Clem. Litteras, de Rescri. Antiquo vero iure res sacrae per beneficiary ex beneficio fructibus empta, ipsius Ecclesiæ & Monasterio debebantur.

Dices, hæc bona empta per Beneficiaryum ex patrimonio, vel quasi patrimonio, in ipsius Beneficiary bonis connumerari: quo ergo iure Pontifex ea Ecclesiæ, vel Monasterio addixit? Deinde Laici solent etiam similia bona facta in suis ædibus habere, vt cum voluerint, rem diuinam priuarum faciendam curent: cum tamen ad suos hæredes testato vel ab intestato transmitant. Ait Nauarrus, Iure ciuili communi res sacras in nullius priuati hominis esse dominio, capit. Nullius. & §. Sacra. Instr. derratum dñs, quum earum rerum usus religiosus & ficeretur

nec Laicos esse possit. Nihil igitur, inquit, mirum est, si Ponifex factas eiusmodi res per Beneficiarys emptas, & ad vsum & cultum diuinum destinatas Ecclesijs attribuerit. Nec est, sit ille, quod Laici Beneficiaryrum hæredes conquerantur, quod sibi sint creptæ, quia cum fuerint à Beneficiarys empta, & factæ redditæ, & diuino cultui mancipata, optimo iure sunt Ecclesijs attributa. Alii tamen censem, quia diximus bona eadem Pontifica Constitutione non contineri, ac proinde nisi ea Beneficiaryj suis Ecclesijs donauerint, ad hæredes transire, quoniam à Iure communi non recedimus, nisi quando expressum abrogatur. leg. Precipimus. C. de Appellat. Sed iure communi hæc bona ad hæredes pertinent. Nauarrus putat, talia bona co ipso quod sunt sacrae usibus alicuius Ecclesijs destinata, intelligi donata Ecclesijs. Sed quan- bona sacra includuntur dicta Constitutione, quæ vero ab illa excluduntur? Ut distincte, ac in promptu ea discernamus? Respondeo, hac Constitutione comprehendendi predicta bona sacra, empta, tametsi nulla sit consecratione affecta. Nam comprehenduntur paramenta, & Missalia, facti cantus musici, & firmi, quæ sacrati non consecuerunt. Satis igitur est si sunt ad diuinum cultum & usum destinata, etiam si extra Ecclesijs in Oratoriis priuatis, vel Beneficiaryrum ædibus continentur. Comprehenduntur etiam, quæ Beneficiary post obitum relinquent, empta scilicet ex redditibus Beneficiaryorum, licet postea ipsum beneficium dimiserint: item, & illa, de quibus Beneficiary testati fuerunt, etiam cum legitima testandi facultate. Tum & scandala, cathedrali, arcè, & cetera, quæ in Constitutione ipsa exprimitur ac nominantur, quæ ante Pium Quintum in spoliis computabantur, cum ex beneficii fructibus fuerant comparata.

Non tamen Constitutione comprehendit ea, quæ Beneficiary possidebant, empta ad donandum alteri Ecclesijs, vel ad permutandam cum aliis bonis eiusdem generis, vel aliis sibi necessariis: non enim est à Iure antiquo recendum, nisi quatenus nouæ leges illud abrogant, leg. Precipimus. C. De Appellationi. Sed hæc Constitutione solum excepit ab antiquo Iure, quæ sunt cultui diuinu dicata. Non item eadem includit Constitutione aulæ, vasa aurea, vel argentea, quæ habent Beneficiary ad suarum ædium ornatum, quamuis ex consecuerint commodato dare Ecclesijs ad diuinos usus. Nec etiam ea, quæ Beneficiary dem vixit, post vel ante beneficium dimissum cum aliis commutavit, vel aliis donavit: nam hæc Constitutione non prohibet, quo minus beneficiary, dum vivit, possit ea bona donare, & alienare. Ex eadem Constitutione etiam liquet, nullum Beneficiaryum, vel Pensionarium, cuius beneficium, vel pensio maiorē fructum annuum non affert, quam triginta ducatorum aureorum, iuxta estimationem communem Cameræ Apostolice, inter spolia censi, quia Pontifex iudicavit, totum huiusmodi beneficium vel pensionem esse necessarium ad honestam Beneficiary sustentationem.

Octavo queritur, An pensiones quas pensionarii post obitum relinquent, in spoliis computentur, vt computantur fructus beneficiorum post Clerici obitum relikti: An vero transeant ad hæredes? Due sunt opiniones: Una est negantum, quia pensiones ex testamento, vel ab intestato ad hæredem Clerici pertinent, pensio siquidem non est Ecclesiasticum beneficium, & solum datur ad sub-sidium vitae tanquam alimentum: sed is cui legatum est alimentum, mortiens tranmisit ius exigendi alimenta perceptra & soluta ad suos hæredes, leg. Vii. §. vii. ff. V. usfructus pet. Item pensio conceditur etiam Laicis autoritate Romani Pontificis. Ad hæc Pensionarius similis est usfructuario: extinguit enim pensio more Pensionarii, sicut usfructus usfructuarii morte finitur. §. Finitur autem, Institutione de Usfructu. ac usfructuarius fructus iam ante acquisitos ad hæredes transmitit lege Defuncta. ff. de Usfructu: Ergo Pensionarius trans-

mitit

motuit etiam ad hæredes pensiones ante perceptas. Iure  
revera, inquit, G. §. de Pensionibus, quæst. 25. docet, pen-  
siones non soluuntur vita Pensionarii percepitas, sed etiam  
debiti s. & non solutas, de quibus inferius dicam, ad  
hæredes, siue ex testamento, siue ab intestato transire,  
quæ sententiam probat auctoritate Alexandri in con-  
sil. 40. ad finem volumina 3. tamque sequitur Coassurui-  
us de Testam. C. in off. ijs. numero. 6. ad calem. Caccia-  
lupus tandem circumsentiam approbat. Gigas taque  
de pensione, quæf. 33. vult, pensionem debeti hæredibus Pe-  
nionarii, tempore quo moritur, sunt percepti fructus,  
in quibus est pensio constituta; in quo etiam quando sunt  
per debitorem pensionis collecti, quævis non nondum dies  
soluenda pensionis aduenierit, de qua re postea. Item, Au-  
ditores in Rota, teste Redoano questione 3. §. Et in hac mate-  
ria, numero 12. de spolijs indicarunt pensiones præteritas,  
non solutas, iu. et spolia non compaurari, sed ad hære-  
des transire. Ecclesiæ Constitutionibus Pontificis Pauli  
III. & Iulij III. & vsu Cameræ Apostolicæ. Ego & pen-  
siones à pensionario perceptæ, & post obitum reliæ ad  
hæredes transire iure communis. Altera est op. nro ascen-  
tentum, pensiones in spolijs reponendas esse. Eam pro-  
bat & amplectitur Redoanus de spolijs Ecclesiæ, que-  
stione 8. numero 32. Et questione 3. §. Et in hac materia numer. 11.  
Quam opinionem arbitror, inquit, esse veritatem, ut pote-  
tiam iure novo Constitutionum Pontificiarum, non cum  
Iure antiquo communis congruentem. Hæc opinio est  
vera atque constitutio nro Pauli III. & Iulij III. &  
Pii V. & vsu Cameræ Apostolicæ. Nam sicut pensio, be-  
neficij non in Ecclesiastici non veniat, & in vita subfi-  
dium conferat, restram portio quadam ex fructibus  
beneficij detracta, ac proinde in bonis & fructibus ex  
Ecclesiæ prouerentibus centeratur. Er quia beneficiorum  
fructus post obitum Beneficiarij sine testamento de-  
cedens reliquit ad spolia spectant: ideo voluerunt Ponti-  
fices, ut pensiones in eis spolia haberentur. act. teste Redo-  
ano, Constitutiones Pauli III. & Iulij III. significant,  
pensiones ad Cameram Apostolicam pertinere. Deni-  
de Pius Quintus, in Constitutione super allegata declarat  
annuum pensionem, quando non excedit quantitatem  
triginta numerorum autorum, non esse in spolijs hab-  
bendum: significat ergo, pensionem dictam summin ex-  
cedentem, in spolijs esse ponendam. Dices, posse Pen-  
sionarium de pensionibus perceptis suo arbitrio statu-  
re, & cas quibus maluerit in testamento relinquere: ergo  
si intestatus decedat, cas ad hæredes transiinit? Re-  
spondeo, id in Iure communis locum habere, sed non in  
iure novo Pontificio. Deinde quemadmodum Benefi-  
ciarius potest, dum vivit, fructus b. beneficij in quos velue-  
rit, ipsos viis insumere & nihilominus si nihil de illis sta-  
tuerit, eos post obitum reliquunt, ad hæredes non transmit-  
tit, ac ideo tanquam spolia sibi debita Fiscus Apostolicus  
capitata & Pensionarius potest, vt vult, de pensionibus  
statuere. Sed pensiones post eius obitum reliq. t. quam  
spolia ad Cameram Apostolicam spectant. Nec idem est  
iuris de pensione, omni ex parte, quod de usu fructu, vel al-  
imento legato: Nam pensio ex boni Ecclesiæ, & fructibus  
beneficij percipitur: sed usu fructus, vel alimentum ex pa-  
tronum bonis conceditur, siue legatur, ac propterea  
Pontifices ad spolia pensiones pertinetem voluerunt. Ce-  
terum Constitutiones Pontificis Pauli III. Iulij III. & Pii  
V. volunt, ut pensiones inter spolia habeantur, nec trans-  
fiant ad hæredes, nisi ubi contrarium consuetudine præ-  
scripta receperum fuerit.

Nono queritur, An distributiones quotidianæ, quas  
solent Canonici percipere, pertincent ad hæredes. An po-  
tius tanquam spolia, ad Fiscum Pontificis, cum Canonici  
intestati decederint? Convenit inter omnes harum distri-  
butionum Canonicos dominium acquirere, & de eis pos-  
se statuere quicquid voluerint etiam per testamentum  
quando non dantur ratione iuruli, aut loco beneficij: sed  
ratione præsentiæ & ministerii in officiis diuinis, ut collig-  
ta receptum fuerit.

gitur ex c. l. de Cleric. non resid. in 6. Sit Geminianus ibidem §.  
Boerius conf. 280. Parisius conf. 33. n. 8. libr. 4. decis. 34. o. ad fin.  
Conar. lib. 3. variarum regol. c. 13. Indus Clarus lib. 3. recepta  
sentent. §. Testamentum. n. 5. Redoanus de spolijs q. 3. §. Stan-  
bush. num. 18. & q. i. n. 17. & 18. Operarius enim suam fa-  
cit mercedem labori debitam. Hinc colliguntur coniuncti  
niter predicti auctores distributiones huiusmodi in spolijs  
non haberi, & ad hæredes pertinere. Sed alioscum est  
opinio, hæc distributiones Canonicas sine testamento  
decedentibus, tanquam spolia Fisco Pontif. deberi. Nam  
ut ait Gliffa in c. Praefatis de officio Ordin. & Hostiens. in c. v.  
de Peculo Cler. in fructibus ex bezechio simplici acqui-  
stis, si Beneficiarius intestatus dececerit, Ecclesia succedit  
iure communis: Sed quotidiana distributiones sunt fruc-  
tus ex bezechio percepti, ergo in eis iuste communi suc-  
cedit Ecclesia, si Beneficiarii absque testamento dececer-  
int, & in locum Ecclesiæ Fiscus Pontificis est subrogatus,  
ergo ipse succedit.

Primam opinionem existimo probabiliorem, & magis  
cum sententia & iure communis conuenientem. Nam Be-  
neficiarius harum distributionum dominium acquirit,  
quoniam tanquam sui laboris & opere mercedem debi-  
tam percipit: & ideo potest tuta conscientia in quos ma-  
luerit vius impendere: & vel in vita donare quibus volue-  
rit, & in morte legare testamento condito, quod si in-  
testatus dececerit, ad hæredes transmittit. Hæc enim tradit  
prima, quæ est communis opinio. Sed nihilominus cum  
Ecclesiæ bona censeantur, & sint vere, idcirco nihil de ip-  
sis Beneficiariis sive Clerico statuente, tanquam spolia  
possunt si vel nt, Pontifices, sibi iure optimo referuare.

Dicimus quæritur, An quæ Beneficiarii lucrificiunt,  
munera & officia aliqua obeuntur, vel obsequia prestantes,  
in spolijs numerentur, an vero potius ad hæredes ab  
intestato pertinere? Respondeo Redoanus de spolijs Ecclesiæ q.  
8. n. 55. cui & assentior ipse, ad hæredes spectante: non enim  
sunt fructus ex beneficio acquisiti, cuius sententia idem  
auctor dicitus fuisse Abbatem, Petrum Ancharam, Ioan-  
num Imolesem, Antonium Buttum, & alios. At si queras  
que bona inter ista recensentur: In primis quæcumq. Cle-  
ricus acquirit, quia sacrificia offert, vel pieces fundit, vel  
aliter certe in Ecclesiæ inseruit. Idem quæcumq. lucratur  
ratione aliquius legationis, aut munieris quo fungitur, aut  
aliquius alterius administrationis tum Clericis, tum La-  
icis communis, imo etiam ratione munieris, quod obeat,  
ad Clericos tantummodo spectant: cuiusmodi sunt in  
Curia Romana Vicecancellarius, Camerarius, Maximus  
Poenitentiarius, qualia etiam sunt in eadem curia qui vo-  
cantur Protonotarii, Scriptores, & alii generis eiusdem.  
Tales item sunt Vicarii & Officiarii in spiritualib. Epis-  
coporum: nam quicquid ratione munieris & officii ac-  
quiritur, est stipendum, & merces laboris, non beneficium  
Ecclesiastici fructus. Si ergo, talia ne etiam censemur  
bona à Clericis acquisita, eo quod Capellani sunt Regis,  
Principis, vel alterius magni & Primarii viri? Utique cen-  
sunt, & in his locum habent, vt de ceteris supradictis  
diximus, quandocunq. tales Cappellani non sunt be-  
neficia. Idem quoque iuris est de iis bonis, quæ quis Paro-  
cho relinquit, ut pro mortuis sacrificia offrenda, & pre-  
ces fundandas eret, eodem teste Redoano.

Vndecimo queritur, An pro spolijs habenda sint, quæ  
Clericus ex patrimonio, vel arte, vel industria compara-  
ta relinquit, sine hæredibus extantibus, hoc est, nullo  
hærede, vel ex ascendenteribus, vel ex descendenteribus, vel  
allo quovis extante? Respondeo, certi iuris esse, in his  
bonis Clericorum hæredes succedere, ut colligatur ex Sint  
manifesta, 12. q. i. c. 1. de Successorib. ab intestato. Si nulli pro-  
fici hæredes extitent, intra decimum gradum. Iure com-  
muni succedit Ecclesia, ut colligatur ex c. v. 12. quæst. 5. Vbi  
sunt haec verba: Quicunque ex gradu Ecclesiastico sine testa-  
mento, & sine cognatione dececerit, hæreditas eius ad Ecclesi-  
am, ubi defensuit, devoluatur. Et in Authen. de Ecclesia. Col-  
latio. 9. §. Interdicimus, vers. si quis autem Episcopus. Impera-  
tor

tor ait: Si quis autem Episcopus aut Clericus, aut cuiuslibet ecclesiastici gradus minister, aut Ecclesia Diaconis, moriantur sine testamento, & legitimis successorib; horum successio Ecclesie competit, in qua confituntur fuerint. Idem colligitur ex ea Presbyteri, de Panis, &c. l. cap. Cum dilectius, desuccessio ab intestato, ut ibi Glo. annotavit. Sed quid si Clericus nulli erat Ecclesia adscriptus? Bona eius ad Episcopum deuenient, de quibus statuat coram Deo, quo pium esse crediderit. Albus c. i. de successione ab intestato. Et quia in locum Ecclesie Fiscus Pontificis est substitutus: sequitur ut in his bonis tanquam spolijs succedat, aut succedere metu o posse.

Duodecimo queritur, An quando dubitatur, cum bona, quae Praelatus, vel alius beneficiarius, cum moritur sine testamento relinquit, sint quæsita ex patrimonio, arte, doctrina, industria, munere aliquo, & officio. An vero ex bonis Ecclesie, pro spolijs habentur? Scribit Couart, de sefam. c. l. n. 6. quem & sequor, quandocunque res est dubia, omnia bona iudicari tanquam acquista ex bonis Ecclesie, & proinde in illis omnibus. Ecclesiam succedere ex aliis hæredibus. Nam eadem ratione ex. Quinque, ff. de Donationibus inter virum & uxorem, & l. etiam, C. eod. t. Bonam que penes vxorem mortuo marito repensant, ipsius mauti esse creduntur, & ideo oportet uxorem contractum ostendere. Et quia locum Ecclesie subiicit Fiscus Pontificis, inde fit, ut in his omnibus, bonis quando dubia res est, succedat, nam tunc merito credimus ea bona esse ex bonis Ecclesie acquista, ac propterea ad Beneficiarij hæredem pertinet oppositum probare. Immo omnia bona que Beneficiarij post obitum relinquunt, sive acquista ex bonis Ecclesie creduntur, nisi hæredes Beneficiarij probauerint sive ex patrimonio, vel aliunde comparata.

Decimotertio queritur, An fructus Beneficij Beneficiario debet, sed ante obitum non percepti, ad hæredes. An vero ad spolia pertineant? Explico rem quæstionem: Petrus Beneficiarius moritur post mensem Septembrem, vel Octobrem, cum fructus beneficij maturati iam erant: imo etiam a solo separati, & nondum Petro redditi & soluti, sed solum dabit, quia eos, præsentis morte, exigere & percipere nequivit: iam queritur, An hi fructus, de quibus nihil Petrus ante obitum constituit, eius hæredi. An potius Camera Pontificis tanquam spolia debeantur? Hanc questionem tractauit Reduanus de spoliis Ecclesie, qu. 5. & meo iudicio recte solvit, huiusmodi fructus inter spolia computandos. Nam, ut Hessiensis, Calderinus, Joan. Andr. & alij quos cit. ille, docuerunt, hi fructus iure communi Ecclesie debentur, cum non penderent ex solo, sed vel certe collegi, vel saltu separati a solo, non pendentes: sed Fiscus Pontificius loco Ecclesie succedit, ergo ad eum, non ad hæredes pertinent. Præterea extant de hac re duæ Constitutiones Iulij III. in quarum una, declarat Pont. fructus beneficiorum per ipsos Beneficiarios tempore quo obiunt, nondum exactos sine perceptis, deberi videlicet, iure communi, successorib; in beneficiis, & non hæredib; ipsorum beneficiariorum: & declarat insuper numeros aureos quingentos, & reliqua per mortem S. R. E. Cardinalium Camera, & Capellæ Apostolicae debita, eidem esse soluenda, nec de eisdem prædictis Cardinalibus testari potuisse.

In altera constitutione declarata Pontifex, prædictam constitutionem de fructibus beneficiariorum non exactis, nec perceptis, successori in beneficio soluendis, vim & locum habere in locis, vbi Collectores Cameræ Apostolice esse non consueverunt. Prioriigitur illa Constitutione exclusit Pontifex Beneficiario hæredes ab huiusmodi fructibus beneficiariorum, & voluit eos fructus ad successores in ipsis beneficiis vel Ecclesiis pertinere, in posteriore vero excludit etiam ab eorum fructuum perceptione successores. Nam eius mens Pontificis sive videatur, ut in his locis prædicti fructus ad Cameram Apostolicam pertinerent, ea tamen conditione, si nulla in iis locis consuetudo contraria, priuilegium, vel speciale ius obtiterit.

Decimoquarto queritur, An spolia Ecclesiarum Cathedralium a die vacacionis earum, utq; ad legitemam earundem vacantium succelotem prouenientes, in ipsijs comprehendantur. Respondeo, iure communis ad Ecclesias ipsorum beneficiorum, vel ad succelotem in ipsis pertinuisse. ea Quia sepe, de electi in 6. & capit. presenti, de beneficio Ordini in 6. Sed quia in locum Ecclesiarum, vel succelotum sufficit est Fiscus Pontificis, sequitur, ut ei modi fructus Cameræ Apostolicae debeantur. Nam Pius IV. anno 1560. die 30. Iulii anno primo sui Pontificatus mandatum dedit Thesaurario Generali, in quo ei potestatem & auctoritatem concedit, colligendi bona quæcumque, mobilia & immobilia, & se mouentia spolia nuncupata. & ea quæ ex fructib; prouentibus & redditibus Ecclesiasticis empta, readiſciata, refecta & restaurata fuerint, seu alias ex eisdem fructibus redditibus & prouentibus quomodolibet prævenienti perbitum quicunque personam Ecclesiasticarum, secularium, beneficiorum, non simplicia, sed administrationem habentia, obtinentium: & quod beneficia simplicia, nisi ex principio Apostolico concessa, seu ex consuetudine legitime prescripta in loco rigente, & statu voluntarium. & quorūmvis Ordinum Regularium quæcumque etiam Pontificali auctoritate fulguratum in virtute Italia extra Almem pro tempore degentium, remansura & relicta, cuicunque qualitatibus & species fuerint, etiam gemmas, & alia pretiosa, & pecuniarum summas, necnon & fructus, redditus, & prouentua monasteriorum Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum & Monasteriorum in tota Italia consuentium, à die vacacionis prædictarum Ecclesiarum & Monasteriorum, usque ad diem prædicti, & præsuntis, seu Commenda de illa facienda. Quos omnes fructus, redditus, & prouentua ad Cameram Apostolicam pertinere & pertinere vult, & decernit ei esse applicata, & appropriata: & Thesaurario facit potestatem exigendi, percipiendi, & recuperandi. Sic Pontifex in ea Constitutione. Vbi est annoctandum cum Nauarro de spoliis Cler. §. 6. n. 6. illud. In tota Italia, non significare spolia in tota Italia, Pontificis Fisco deberi: nam Paulus III. edita Constitutione manifeste decreuerat, & declarauerat, Papæ spolia referuntur, non solum in Italia, sed ubique locorum & gentium.

Quia vero Pius Quartus, in prædicto mandato loquitur cum Generali Thesaurario a se in Italia constituto, ideo dicit, in univera Italia, idem Pontifex id alio Mandato quod dedit anno 1560. die 7. Dicembre anno primo sui Pontificatus, sic ait: Mœtu proprio, & ex certa scientia omnium & singulis fructibus, redditus, & prouentuis, iura, obventiones, & emolumenta quicunque quomodolibet, & qualitercumque nuncupata, omnium & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium & quorūmvis Ordinum Regularium, & Monasteriorum, & Consistorialium, Sedis Apostolica tam per Constitutiones Apostolicas, quam Camellarie Apostolice Regulas editas, & edendas, seu alia quomodolibet ex quavis causa, generaliter vel specialiter referentrum, seu affectorum in Regno Neapolis, & quibusvis Provinciis Cittatis, Terris, Oppidis, & Lecis consuentium, per obitum & alias, quovis modo præterquam percessum illa obtinendum, pro tempore vacantium à die ipsorum beneficiorum & Monasteriorum vacationis pro rata temporis, usque ad diem, quo prouisi per nos de eisdem Beneficiis & Monasteriis, vigore litterarum nostrarum sub plambo, illorum possessionem de manu dilecti filii Magistri Pauli Odescalchi Norarii, & in dicto Regno Nuntii, & Collectoriis nostris, vel per alias nostras litteras ad Commissarium, quem ad capiendam possessionem Beneficiorum & Monasteriorum huiusmodi depunimus, habuerint, & accepterint: & aliter apprehensa possesso nullius sit roboris, vel momenti: ac prouisi ipsis nullum ius per eas acquire, neque tivis voluntatis suffragari possit. Camera Apostolica, auctoritate Apostolica tenore præsentim applicamus, incorporamus, & appropriamus, & ad predictam Cameram specie statuimus, & ordinamus. vbi est annoctandum, & hoc Mandatum in hoc à superiori Mādato differre: quod illud solū statuit, fructus, & emolumēta vacanti Patriarchalium, Metropolitan & Cathedralium Ecclesiarū, & Monasteriorū ubiq; consuentū,

Ponti-